

homines debere solvere præter domum dicti Ober-  
ti, & heredum Oberti Culardi, & domum Masca-  
rorum, & Dalmatii, excepto quod tempore D.  
Henrici quondam Episcopi Aquensis, illi de Ferra  
non solverunt exactionem fodri cum aliis de Besta-  
gno. Ego Opizzo de Monte Morixino &c.

*Absolutio Vicariorum potestatis Septebrii ab  
excommunicatione.*

222

M C C L I X.

Anno Domini MCCLIX., IX. martii in claustris  
A majoris Ecclesiæ Aquensis, præsentibus D.  
Morando Judice, D. Arnaldo Benzo, & F. Petro  
de Hospitali testibus rogatis. Veniens Bernardus  
Bellot de Septebrio findacus, & procurator vica-  
riorum potestatis Septebrii, ut patet per publicum  
instrumentum Willelmi Notarii dicti loci, tenor  
cujus talis est: Anno Domini MCCLIX., die Do-  
minica IX. exeunte martio &c. Ad recipiendam abso-  
lutionem excommunicationis a Domino Electo Aquen-  
si, vel ab ejus delegato, in qua erant pro damno,  
quod dictum commune dederat in bosco canonicorum  
Aquensium, juravit stare nomine prædictorum  
vicariorum, & communis prædicti mandatis Eccle-  
siæ, & D. Lotharii Aquensis præpositi, & delegati  
dicti Domini Episcopi Electi Aquensis in hac parte.  
Vener. D. Bernardus petit a dicto delegato suo  
nomine, & nomine prædictorum absolutionem a  
dicta excommunicatione, qui delegatus recepto ju-  
ramento ab ipso findaco suo nomine, & nomine  
prædictorum vicariorum, & communis ipsum suo  
nomine, & nomine dictorum Vicariorum, & com-  
munis absolvit a dicta excommunicatione præci-  
piendo ei nomine prædictorum, ne de cetero talia,  
vel similia contra dictam Ecclesiam committant, &  
de damno illo satisfaciant, & concordent cum dicto  
capitulo ad suam voluntatem. Bonusfilius N. &c.

*Investitura Conradi Episc. Astens. D. Gullielmo  
marchioni Montisferrati ex chartulario  
ejusdem Ecclesiæ.*

223

M C C L X.

Anno Domini MCCLX., indictione III., die V.  
A intrante augusto in præsentia infracriptorum  
testium. D. Conradus Dei gratia Astensis Episcopus  
nomine, & vice Ecclesiæ, & Capituli Astensis Ec-  
clesiæ investivit D. Gullielmum marchionem Mon-  
tisferrati de omnibus iis, quæ ipse D. Gullielmus  
Marchio tenet ab Ecclesia Astensi. Qui vero D.  
Gullielmus marchio incontinenti juravit, & fecit  
fidelitatem prædicto D. C. Episc. nomine, & vice  
supradictæ Ecclesiæ, & facere promisit ea, quæ  
in capitulis fidelitatis continentur. Actum est hoc  
sub porticu canonicæ Astensis. Interf. D. Martinus de  
Revello, D. Manuellus de Cocconato, D. Ubertus  
Plebanus Cossembraudi, & D. Jo. Scurzabò de Ja-  
nuæ. Et ego Bonifacius Grossus Notarius de No-  
vello interfui rogatus, & hanc cartam sic scripsi.

*Deditio civitatis Aquarum Gullielmo marchioni  
Montisferrati a Ghibellinis expulsis facta.*

M C C L X.

224

Anno Domini MCCLX., indictione III., die  
A Martis V. intrantis octobris in castro Turri-  
culæ, testes Rainerius Bastardus, D. Cunradus, &  
D. Manfredus marchio de Bosco, in quorum præ-  
sentia D. Andreas de Aquis findicus, & procura-  
tor, & certus Nuncius D. Gullielmi Joannis civis  
de Aquis, & Vicarii totius partis illorum, qui  
exierunt extra Aquis constitutus voluntate omnium  
prædictorum in pleno consilio eorum prædicto D.  
Gullielmo Vicario, & ipsis consiliariis omnibus  
unanimiter, & concorditer eorum nomine, & no-  
mine totius partis prædictorum, prout continetur in  
carta facta anno Domini MCCLX., indictione III.  
die Jovis ultima septembris in refectorio monasterii  
S. Petri de Aquis per Nicolaum Mansionis Nota-  
rium ad compromittendum, & promittendum, &  
dandum jurisdictionem tam realem, quam perso-  
nalem civitatis Aquis, & cortile ejusdem, & ejus  
districtus, & omnia suæ partis D. Gullielmo hono-  
rabili marchioni Montisferrati ex certa conscientia,  
& auctoritate sibi commissa, & concessa suo nomi-  
ne, & prædicti D. Willelmi Joannis, & omnium  
de sua parte dedit prout melius potuit D. Gullielmo  
illustri marchioni Montisferrati civitatem Aquis, &  
omne ejus cortile, & jurisdictionem, tam intus  
eam, quam extra eam, & insuper suo, & prædi-  
ctorum nomine juravit fidelitatem prædicto Domino  
Marchioni, & ejus heredibus, ita quod ipse, &  
ipsi, quorum procurator est, dicto Domino Marchioni  
observabunt omnia, quæ in forma fidelitatis conti-  
nentur eo modo, & forma, quod dictus Dominus  
Marchio, & sui heredes amodo in perpetuum  
teneant dominium civitatis Aquis, & castrorum, &  
jurisdictionum civitatis jam dictæ.

Carta sindicatus talis est: anno Domini MCCLX.,  
indictione III., die Jovis ultima septembris in refe-  
ctorio monasterii S. Petri de Aquis in pleno con-  
silio eorum, qui exierunt extra Aquis, præsentibus  
Manuello (1) Testabovis, Rufino Petri Vercii, &  
Armando Scata testibus rogatis. D. Willelmus Joanes  
civis Aquis, & vicarius totius partis illorum,  
qui exierunt extra Aquis voluntate totius consilii  
infrascripti, & ipsi consilarii omnes unanimiter, &  
concorditer eorum nomine, & totius partis supra-  
dictæ faciunt, creant, constituunt, & ordinant D.  
Andream de Aquis præsentem, volentem, & reci-  
pientem suum findicum, actorem, procuratorem,  
& certum nuncium, videlicet ad compromitten-  
dum, & promittendum, & dandum jurisdictionem  
tam realem, quam personalem civitatis Aquis, &  
ejus cortile, & ejus districtum, & omnia suæ par-  
tis D. Gullielmo honorabili marchioni Montisfer-  
rati, D. Ugoni de Cruce, & D. Guidoni de S.  
Alexandro, & cuilibet alii personæ, & quibuslibet  
personis, quibus dictus Andreas findicus voluerit,  
& ad faciendum fidelitatem dicto Domino Mar-  
chioni, & omnia, quæ eidem placuerit, promittendo  
mihi Notario infracripto recipienti nomine ejusdem  
civitatis referre... & (2) quidquid per ipsum findicum